

**V** Ad sacerdotes de huius operis utilitate et necessitate  
Epigramma **Hainrici Bebel** **Iustingensis**

Vos qui sacrorum ritus et mystica christi  
Tractatis totiens presbiteri atque senes  
Discite (ne crubor impediatur) novisse salutis  
Et monstrare viam saluificasque domos  
Quos deus elegit sacra moderante sophia  
Plebs faciat per vos. et sciat omne bonum  
Turpe quidem nescire viam qua ducere pastoz  
Debebis pecudes. Turpeque pastoz iners  
Discite sacrorum canones. mysteria queque  
Quid valeant: ritus sacrificijque notent  
Quod si tractemus presens epitoma frequenter  
Auribus atque pijs excipietur opus  
Maxima crede mihi lector vitare pericla  
Possumus: et casus exolvuisse graues  
Ut gabriel noster diuino nomine tinctus  
Mirifice expressit mirifice et cecinit

Telos

Ex Tübingen Anno. 1499.